UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Constitvtiones Societatis Iesv

Ignacio <de Loyola>

Romae, 1570

De Modo Et Ordine prædictas facultates tractandi. Cap. XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68489

Visual Library

DE MODO ET ORDINE prædictas facultates tractandi. Cap. XIII.

1 AD tractanda tam facultatum inferiorum, quàm Theologiæ ſtudia diſpoſitio & ordo conueniens tam mane, quàm veſperi ſeruandus eſt.

A Et quamuis * pro regionum,
2 & temporum diuerſitate in ordine, & ſtatutis horis ſtudio tribuẽdis poſſit varietas accidere;* omnes tamen in eo conueniant, vt vbique fiat, quod inibi magis expedire ad maiorem in litteris profectum exiſtimabitur.

3 Nec ſolùm lectiones ſint, quæ
B publicè prælegantur; ſed * Magiſtri etiam diuerſi pro captu & numero

IN CAPVT XIII.

A ¶ *DE ſtatutis lectionum horis, ordine, ac modo, & de exercitationibus tam compoſitionum (quas à Magiſtris emẽdari oportet) quàm diſputationum in omnibus facultatibus, & pronunciandi publicè orationes & carmina, ſpeciatim in quodam tractatu per Generalem Præpoſitum approbato agetur ſeorſum; ad quem hæc Conſtitutio nos remittit, id duntaxat monendo, illa locis, temporibus, & perſonis accommodari oportere; quamuis ad illum ordinem accedere, quoad fieri poteſt, conueniat.*

B ¶ *Tres ordinariè vt plurimũ erunt præceptores in tribus diuerſis Grammaticæ claſſibus; quartus humaniores litteras, quintus Rhetoricam prælegat: et in horum duorũ*

claſſibus Græca lingua, & Hebraica, & ſiqua alia diſceretur, eſt prælegenda; ita, vt ſemper ſint quinque claſſes. Quòd ſi tantum negotij aliquæ ipſarum exhiberent, vt vnus Magiſter eis ſolus non ſatisfaceret, adiutor aliquis ei adiungetur. Si verò auditorum numerus ferre non poterit, vt vnus præceptor ſolus omnibus det operam, quãuis alios auxiliares habeat; geminari poſſet claſſis ea, quæ ſic numero abundaret, ita, vt duæ (verbi gratia) quintæ claſſes, duæ quartæ eſſent; & omnes præceptores, ſi fieri poteſt, ex Societate ſint: quamuis, ſi neceſſitas vrgeret, externi eſſe poſſent. Si exiguus numerus, vel auditorum diſpoſitio nec tot claſſes, nec tot præceptores exigeret, in omnibus prudentia ad moderandum numerum, et eos duntaxat, qui ſatis ſint, deſignandos locum habebit.

numero audientium conſtituantur: '* qui quidem profectum C
vniuſcuiuſque ex ſuis Scholaſticis ſpeciatim procurent, ' & lectionum rationem exigant; * vt- D
que eæ repetantur, ' & ſtudioſi litte-

C ¶ *An præter præceptores ordinarios, qui ſpeciatim auditorum rationẽ habeant, eſſe vnũ oporteat, vel plures, qui more publicorum Profeſſorum legant Philoſophiam, Mathematicas ſcientias, vel quamuis aliam diſciplinam maiori cum apparatu, quàm Lectores ordinarij; prudentia id conſtituet iuxta locorum, & perſonarum, cum quibus agitur, rationem, præ oculis maiorem ædificationem, & Dei ſeruitium habendo.*

D ¶ *Nõ ſolùm repetitiones vltimæ lectionis fieri oportebit,*

litterarum humaniorum familiarem ſermonem latinè communiter loquendo, & ſtylum ſcribendo, ac pronunciationem compoſita bene pronunciando ex poliant, curent; & his, ac multo magis facultatum ſuperiorum ſtudioſis crebras diſputationes imponant; quibus dies & horæ certæ conſtituantur, vbi non ſolùm cum condiſcipulis, verùm paulò inferiores cum aliquanto prouectioribus diſputent in ijs, quæ ipſi capiunt; quod etiam vice verſa prouectiores cùm minus prouectis, ad ea, quæ illi tractant, deſcendēdo, & Præceptores alij cum alijs præſtabunt; ſemper, qua decet, modeſtia obſeruata; & aliquo præſidente, qui cōtentionē dirimat, & quid doctrinæ elici oporteat ex diſputatis, declaret.

4 Erit itidem Rectoris, per ſe, vel per Cancellarium ſemper obſeruare; vt qui noui accedunt, examinentur, & in ijs Claſſibus, cũ que ijs Præceptoribus, qui ipſis conueniunt, collocentur; & eius diſcretioni (audita ſententia eorum, qui ad id munus deſignati ſunt) relinquetur, num diutius in eadē claſſe manere, an ad aliã

E vlterius progredi debeãt. * Eiuſdē erit iudiciũ de ſtudio linguarũ, præter Latinam, ' num Artibus, & Theologiæ anteponi, an poſtponi, & quàm diu in eis quemq; hærere

tebit, verũ et hebdomadæ, & longioris tēporis prout expedire iudicabitur.

E ¶ *Poſſet aliquis ea ætate vel ingenio eſſe, vt ſola latina lingua ei ſufficiat, & ex aliis facultatibus quantum ad confeſſiones audiendas, & agendum cũ proximis opus eſt;*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

eſt; cuiuſmodi ſunt aliqui, qui curam animarum gerũt, nec magnæ eruditionis ſunt capaces. Alij rurſum erunt, qui ad ſuperiores ſciẽtias progredientur. Has autem capeſſere, et illas relinquere quatenus conueniat, Superioris erit iudicare; quod cũ Scholaſticis externis ſignificauerit; ſi volent illi nihilo minus aliam rationem ſequi, cogẽdi non erunt.

hærere oporteat. Sic etiã in alijs ſcientijs ſuperioribus propter ingeniorum & ætatum inæqualitatem aliaque cõſideratione digna, ad eundem pertinebit expendere, quantum quiſque eas diſcere, & quandiu in eiſdem verſari debeat: Quamuis ij, qui ætate & ingenij aptitudine pollent, melius ſit, vt in omnibus proficere, & conſpicui eſſe ad Dei gloriam enitantur.

5 Vt aſſiduitas in litterario exercitio, ſic & aliqua remiſsio neceſſaria eſt.* Quanta hæc eſſe debeat, & quibus temporibus,' prudenti conſiderationi Rectoris, expenſis circunſtantiis perſonarum & locorum, relinquetur. F

DE

F ¶ Saltem ſingulis hebdomadis dies vnus à prandio quieti deſtinatus ſit; in reliquis conferatur cum Prouinciali, qui ordo in vacationibus, vel intermiſſionibus ſtudiorum ordinarijs ſit tenendus.

IN Caput